

**De**

auersatio quoniam bonum quod inchoamus sine perseveranti complemus Et  
 nota quod de triplici voluntate dei predicta dicit ad Ro. 12. Reforma  
 mini in novitate sensus vestri ut probetis que sit voluntas dei bona  
 beneplacens et perfecta. voluntas dei bona est ut a malo sanctifica  
 mini. beneplacens ut bonum operemini. perfecta ut in utroque firme  
 mini. **¶** Quarto enim voluntas dei est ut in celo glorificemur  
 Joh. 6. Nec est autem voluntas patris mei qui misit me. ut omnes qui vi  
 det filium et credit in eum habeat vitam eternam. Bona dicit et credit in  
 eum. si autem scire desideras utrum vere credas in christum. attende quod dicit  
 Marci. 16. Signa autem eos qui in me credunt hec sequentur. In no  
 mine meo demonia eiicient. linguis loquentur novis serpentes tol  
 lent. et si mortifera quid biberint non eis nocent. super egros ma  
 nus imponent et bene habebunt. Demonia sunt peccata que de corpore  
 eiicere debemus. Unde de maria magdalena eiecta sunt septem de  
 monia. id est secundum Gregorium. universa vitia atque peccata. Lingue nove  
 sunt verba edificatoria et bona. Lingue enim antiqui fuerunt verba  
 nociva et prava. ps. Recedent vetera de ore vestro. Serpentes sunt  
 motus seu cupiditatis sensualitatis. ve ei qui serpenti consentit.  
 quod paradysum perdit ut eua. Serpentes tollimus quoniam cupiditatis  
 restringimus. Mortifera autem est quodlibet scandalum quelibet iniuria.  
 que non solum facta sed dicta nobis inferunt. Unde iacobi. 3. de lingua dicitur  
 Est enim inquietum malum plena veneno mortifero. Si ergo accepta ini  
 iuria non inflamur per superbiam. non suffocamur per invidia. non di  
 rumpimur per iracundiam. tunc utique mortifera bibimus et non nobis  
 nocet. bibe per christum quod per te bibit christus. Mat. 20. Potestis bibere ca  
 licem quem ego bibiturus sum etc. Sed quicquid afflictionis terrena  
 premit adversitas leve erit si inspicimus quid biberit ad crucis  
 patibulum qui nos inuitat ad celum. Manus imponent. manuum  
 impositiones sunt adiutoria caritatis. remedia pietatis. ex quibus  
 sepe convalescunt. vel qui spiritualiter vel corporaliter egri sunt. Vides ergo  
 quod demonia sunt vitia voluntatis. lingue nove sunt verba utilitatis  
 serpentes sunt cupiditatis sensualitatis. mortifera sunt iniurie adversi  
 tatis. manus imponentes sunt adiutoria caritatis. Voluntas ergo dei  
 est ut qui sic per signa predicta credit in filium dei habeat vitam eternam.  
 Joh. 10. Vultus mee vocem meam audient et ego do eis vitam eter  
 nam. Ad quam nos producat.

**Unica secunda quadagesime. Sermo. xxx.**

**¶** Miserere mei domine fili david filia mea male a demonia vex  
 atur. Mathei quindicesimo. Mulier prudenter petebat cum christo  
 filii ihesu misericordiam implorabat. Unde inquit Chrysostomus. Nec  
 mulier chanaanica nihil aliud nisi misericordiam postulat. Nec dicit